Quelle:
Copyright:

Cod. LIII.

Chartac. Fol. Soc. 13. (14.) A. 17.

Gebri Hispalensis de Astronomia.

Gebri Hispalensis tractatus novem de Astronomia, seu Expositio in Ptolemoi novem libros. Incipit: "Verba Gebri filii Affla Hispalensis. Scientia species habet, quarum melior post scientiam fidei est, cujus Dicta fixa sunt, remanentia, inalterata". Principium itaque operis nostri idem est, ut in codice Vaticano, teste Antonio Bibl. Hisp. T. 2. p. 251. Sed non titulus, qui ibi sonat: Verba Gebri filii Aflem Hispalensis qui corrigit in pluribus Ptolemaeum. Objectum Ptolemoi corrigendi studium apud Nicol. Copernicum Calumniae notam incurrit Geberus; sed vindicatus est a Cardano (T. 3. oper. suor. pag. 607.) dum de eo testatur, quod multa in melius mutaverit, quae ad statum Coeli pertinebant. Vossius (ger.) oper. suor. T. 3. de Mathesi p. 120. n. 9. Ultima verba codicis nostri sunt: "Completa est declaratio ejus" an totius operis etiam, me fugit. In margine multae figurae mathemat. subtili calamo ductae.

Geberum Soc. XII. floruisse, arabice scripsisse, et a Gerardo Cremonensi in latin. sermonem translatum fuisse, asserit Riccioluus in Almagesto novo T. I. in Chronic. p. XXXIX. Opus hoc Geberi Norimbergae editum est a Petrejo ao 1533. cum instrumento primi mobilis Petri Apiani. Initio de Sphaericis agit triangulis, quantumquidem exigitur ad calculum Astronomicum. Ex hoc volumine, Mersennus in Synopsi Mathem. p. 230. ait, multa sumserunt Georg. Purbachius, et Jo. Regiomontanus, dum praedictum opus Ptolemaei cum in epitome ordinatissime redigunt. Ita Heilbronner in Hist. Mathes. p. 427. §. 347.

Praeter laudatos vid. etiam Antonii Bibl. Hisp. T. 2. p. 250.

De Gerardo Cremonensi egi supra Cod. X.